

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...  
Ad exequias, quas Matronae ... Elisabethae Sithmans/ Vir ... Dn. Fridericus  
Clatten/ ICTus Excellentissimus, & Sereniss. Duc. Mechl. Consiliarius  
gravissimus, nunc viduus moestissimus ... paratas cupit, Omnes Cives  
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1667]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774758716>

Druck Freier  Zugang




Redeker, H.R.,  
in  
E. Sithman,  
uxor. F. Clatte  
Rostock, 1667.

10.







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker/*

J. U. D. P. P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.

Consistorii Ducalis Assessor, & Facult. Jur.

DECANUS,

Ad exequias,

quas

*Matronæ Nobilissimæ*

ELISABETHÆ  
*Sithmans/*

VIR

*Nobilissimus, Amplissimus & Consultissimus*

DN. FRIDERICUS  
*Clarren/*

JCrus Excellentissimus, & Sereniss. Duc.

Mechl. Consiliarius gravissimus,

nunc viduus mœstissimus,

*in æde D. Mariæ sacrâ, hoc die, hora I.*

*post meridiem,*

*paratas cupit,*

Omnes Cives Academicos, omnesq; literatos & lite-  
rarum fautores officiose & peramanter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

# Salutem!



Uper *Vir Nobilissimus & Consulissimus*  
DN. FRIDERICUS Clatten J. U. D.  
celeberrimus, & Sereniss. Duc. Mechl.  
Consiliarius Amplissimus, amicus noster  
honorandus, filia suae Ivavissimae sum-  
ma cum animi latitia celebrabat nu-  
ptias, nec quicquam, quod ad am-  
plificandam illam festivitatem facere  
videbatur, intermittebat. Nunc  
Conjugi suae desideratissime, Matrona No-  
bilissima ELISABETHAE Sithmans / qua pietatis & virtutis, diuina  
viveret, probatissimum fuit exemplar, & sui sexus decus, exequias  
celebrat, adeoq; iusta, h. e. extremum amoris debitum, ipsi ho-  
die solvit. Ita res humanas sapientissimum rerum omnium ar-  
biter disponit, uti aetatem hyems, diem nox, & latitiam tri-  
stitia sequatur. Adeoq; non patitur sinceram esse vel fortu-  
nam vel voluptatem humanam, quin sollicitum quid ipsum  
praesens gaudium interpellet. Ita enim cottidie inter mortales  
contingit, & hic in toto orbe antiquus est ordo, ut dolorem  
voluptas, voluptatem autem rursus dolor a tergo insequatur,  
itaque in humanis dulcia amaris, laeta tristibus, & haec illis ita  
innexa, & involuta sint, ut explicari nullo humano consilio  
possint. Unde verissimum illud comici esse fatendum est: Ita-  
cuiq; comparatum est, in aetate hominum, voluptatem ut maeror comes  
consequatur. Nescit quidem nimium dolere quisque qui pius,  
aut Christianus est, imo prudentiores Gentilium inde solamen  
admittunt, quod levius fiat patientia, quicquid ab homine  
corrigi vel tolli nefas; Attamen non potest non dolere quis-  
quis maritus est, si dulcissimam amittat conjugem. Nec sola-  
men suppeditare novit maerissimo marito, nisi qui parem susti-  
nuit miseriam. Nullum enim arctius inter homines est vincu-  
lum, vel amabilior necessitudo, quam inter veros conjuges,  
quatenus divinarum simul & humanarum rerum consortium  
sancte

sanctè colunt, & individuâ vitæ consuetudine intaminatum ser-  
vant amorem. Ideo uxor non est particula quædam pectoris  
mariti, uti liberi æstimantur, sed cum viro caro una & anima  
una, adeoque plus quam dimidium cordis. Neque in sacrâ  
vel prophanâ etiã historiã illa infucari amoris & individuæ  
necessitudinis occurrunt exempla, liberorum erga parentes,  
quæ passim obvia sunt uxoribus erga maritos. Sic Admeti Thes-  
salorum Regis, nullus nec agnatorum, nec cognatorum, nec  
liberorum repertus est, qui ipsum, in discrimine vitæ constitu-  
tum, à periculo mortis, quod oculis ejus obversabatur, libera-  
ret: Ast fecit hoc Alcestis uxor ejus, quæ cum propriæ vitæ di-  
spendio, ut mariti mortem declinaret, vitamque ejus redime-  
ret, se suapse sponte obtulit, atque ita omnem reliquã neces-  
situdinem sanguinis, sincero amore inducta, superavit. Sic  
Atradata, Guliorum Regis conjunx, unã cum marito, ut amo-  
rem conjugalem contestaretur, rogam conscendit, vitæque  
suæ terminum ipsa sibi posuit. Et Laudamea Protesilai Uxor,  
& Evadne Capanei conjunx, eò quod maritis orbatae sunt, tam  
dolenter & acerbe illorum mortem tulerunt, ut radio vitæ ad-  
acta sibi ipsi violentas inferrent manus. Harum quidem factum  
non usque adeo adprobandum, affectus tamen laudandus, &  
castissimi ignes æstimandi sunt. Imò quantum amoris incen-  
dium in conjugum pectoribus intemeratis flagret ex illis, & quæ  
plura collegit in hanc rem exempla Valer. Maximus, abunde  
animadverti posse judico. Ubi ergo amor major & flagrantius  
desiderium, ibi etiã gravior & acerbior est jactura rei, & qui  
hanc subsequitur, animi dolor & luctus. Adeoque fieri non  
potest, ut maritus, sine afflictatione cordis, & sine angore ani-  
mi mortem uxoris, (vavissimæ ferat, nisi *de duris genuit quem cau-  
tibus horrens caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.* Atque  
ita ex homine hominem exuat necesse est, qui tanto non mo-  
veatur casu, & quem non prosternat tam stupendus mœror.  
Neque etiã potuit Viro Nobilissimo, qui hanc nobis scriben-  
di occasionem dedit, major venire atque acerbior clades, quã si  
orbetur conjuge, quæ sui juxta ac liberorum & studiosissima &



Mantissima fuit, singularique cum prudentiâ rem familiarem, cum is curis publicis occupatus fuerit, administravit Quoniam itaque Nobilissimæ hujus Matronæ virtus & vitæ innocentia, quæ apud omnes huc dum superstans, laudemque haud vulgarem deposcunt, ut justa ipsi persolvantur, & dignum vitæ testimonium ipsi suspendatur, merentur. De ejus majoribus clarissimis, vitæ innocentia, moribus inculpatis, & morte beatissimâ omnium optimè testantur quæ hunc in finem subsequenti scripto mihi sunt exhibita, quæque huc integrè referenda duxi: *Vitam debet Lectissima illa, ac omni virtutum comitatu Ornatisissima, non ita pridem in Deo piè denata, DN. ELISABETHA Sithmans / probatissima pietatis pariter ac fama, parentibus jam sequentibus. Pater fuit Vir Nobiliss. DN. CHRISTIANUS Eithman / olim Hypothecarius auffs Wihendorff / in Mecklenburgico districtu, vulgo Klüherort / Lubeca finitimo. Mater fuit veneranda ac piensissima Matrona, DN. CATHARINA Dehmten / rei familiaris administranda peritissima. Avus paternus fuit, admodum Reverendus, & Nobilis Vir, DN. SIMON Sithman / Canonicus in Havelberg in Marchia Brandenburgica. Avia paterna DN. ELISABETHA Lihman / vita & morum elegantia præprimis prædita. Avus Maternus, Vir Nobilis ac Sirenuus, DN. JOACHIM Dehmten / cujus initio opera magni fuit in multis expeditionibus, contra capitalem Christiani nominis hostem, quiq; in eo manere, ob fortitudinem, quæ excelluit, animiq; magnitudinem, præclara stipendia meruit: post deinde, quæ virtutis vis est, ut in obscuro latere non possit, ob insignem Matheseos & Geometria scientiam, à Serenissimis Principibus, quorum dextra tum temporis Megapolitane gentis incolumitas erat commissa, accersitus, in duas lineas (Sperzensem scilicet ac Guströviensem) Ducatus Mecklenburgico ipsiusq; finibus, quoad utramq; partem, accuratissimè distinguendis, non cum vulgari nominis laude, suam navavit operam: novissimè tandem per plurimorum annorum decursum Præfecti Stadenbagensium prudentissimi ac solerissimi munere defunctus fuit. Avia Materna, Matrona omni virtutum splendore, quæ in muliebrem sexum cadere possunt, conspicua, nomine ELISABETHA Levenau. Proavus Pater-*

715

nus fuit, Nobilis DN. ANTONIUS Sithman / Praefectus quondam  
 in Electoratu Brandenburgico, fidelissimus ac diligentissimus. Pro-  
 dia Paterna integris ac incontaminatis moribus, Nobilissima Femina,  
 DN. CATHARINA von Schöffen. Proavus Maternus, Vir an-  
 tique virtutis ac fidei, DN. DANIEL Dehmbke / Consul quondam  
 apud Lubizenses in Megapoli prudentissimus. Proavia Materna,  
 Femina optimi exempli, CATHARINA Schröders. Ab hisce  
 honestissimis ac omnino inculpatis Parentibus, piensissima Nostra sen-  
 sibus ac animo jam liceta, die 25. Septembr. circa decimam vesperti-  
 nam Anno 1615. zu Wikendorff / ortum duxit: die autem 4. Octobr.  
 proximi Mensis, Christianismo insignita, & tinctione sacra Ecclesie  
 inserta, ejus haud postremum extitit membrum. Adultior facta, iis  
 virtutibus fulgere coepit, quibus sexus sequior mirifice commendari,  
 vehementerq; ornari consuevit. Nam & ab ineunte aetate cum sum-  
 ma fide atq; diligentia, a Parentibus per Praeceptores optimis moribus  
 imbuta, ac educata, tum legere, tum scribere didicit, artemq; Arith-  
 meticam sollicitè tractavit. Rei autem domesticae gerendae laude ita  
 claruit, ut, quibus fama ejus & vita notitia fuit, non possint non fateri,  
 talem eam fuisse Matrem familias, ut quae opportunè largà dare  
 manu, ita & omnia intra frugalitatis fines scite probeq; revocare callue-  
 rit. Anno 1640 DN. D. FRIDERICO Clatten / Consiliario Meck-  
 lenburgico, optimè merito, jam beatissima uxori ultimum honorem  
 exhibenti, notaq; virtutis desiderium lacrymis & suspiriis summe te-  
 stanti, in nomine S. S. Trinitatis, usq; ad benedictionem & copulam  
 sacerdotalem, desponsata, postea cum eodem, die 25. Septembr. Anno  
 1643. in Arce, quae est NeuenBucow, clementissimo Principis indultu,  
 nuptiale sacrum auspiciato omine celebravit. Constante Matrimo-  
 nio, benedictio Divini Numinis non defuit, siquidem ejus munere atq;  
 concessu, diversi sexus liberos susceperunt. Prima soboles, CATHA-  
 RINA DOROTHEA, die 17. Maji anno 1644. terrenam hancce in-  
 troivit vitam, jam verè Nobilissimo Srenuo ac Fortissimo viro, DN.  
 ZACHARIE Holsten / Regia Majest. Specia quondam, uti voca-  
 tur, Generali Adjutanti, & in Claber Hereditario, anno 1662. Mense  
 Januar. nupta est; quorum matrimonium Deus Ter. Opt. Max. sicuti  
 hactenus fecit, felici successu secundet. Anno 1645. hujus lucis usura

frui cepit filius, nomine CHRISTIAN, LL. Studiosus, qui medius  
 lacrymas inter suspiriaq; extremum filialis ac sinceræ pietatis per solvit  
 officium. Anno 1646. die 16. Septembris filia alii, nomine ELISABE-  
 THÆ, mortalium communis cœli spiritus obtigit, quæ superiori anno  
 circa mensem Novembr. Amplissimo & Consultissimo DN. MARTI-  
 NO Cöllern / J. U. D. & Practico Celeberrimo in matrimonium  
 collocata est. Anno 1648. alia gnata, nomine AGNETA, cœtibus  
 hominum interesse cepit, cui jam rei familiaris administratio & onus  
 incumbit. Anno 1649. GEMELLOS enixa est hæc nostra placide  
 ex miseriarum valle abrepta, alterum mortuum, alterum vivum, post  
 16. septimanarum intervallum, rursus è vitâ emigrantem. Anno 1651.  
 filiola quedam SOPHIA progenita est, quæ jam annos nata duos, per  
 mortem è medio sublata. Anno 1653. iterum filio recenti, familia est  
 adaucta, cui inditum nomen WILHELMI, qui anno ætatis tertio,  
 animam Creatori suo reddidit. Anno 1655. puella suscepta est, nomine  
 ANNA ELISABETHA, aurâ quæ adhuc fructur. Anno 1656. Filia  
 alia nata SOPHIA, itidem superstes. Deniq; Anno 1657. Filiola  
 natu minima, MARIA CATHARINA, adhuc per Dei gratiam in  
 vivis. Fuit itaq; beatissima memoria Dn. Mater undecim; Avia  
 vero trium liberorum: quorum priorum septem, posteriorum autem  
 duo adhuc ætatem agunt, reliquos invida mors parcere nescia, diutius  
 superesse non permisit. Christianismum quod attinet, omnis ejus fuit  
 in amore Dei & Divini verbi, per totam vitam, defixa cura atq; cogi-  
 tatio, sacrâ Synaxi sæpe numero usa, ac demum septimo ante obitus  
 diem, remissis rebus humanis nuncio, mystico illo viatico ad migratio-  
 nem sese preparantem instruxit: sanctimoniam vitæ & morum inno-  
 centiâ, ex quibus vera Mater familias cognoscetur, exemplum nota pu-  
 dicitia, ac planè inculpata integritatis præbuit non solum liberis,  
 quos sedulo per Preceptores educari curavit: sed etiam omnibus notis,  
 ignotis; Summis, infimis; remotis, vicinis; ægratis, valentibus;  
 fortunatis, infortunatis; ut paucis, quod res est, dicam, ho-  
 nestissimè dixit, ac eam tam pietatis, quàm frugalitatis laude mirifi-  
 cè floruisse, nemo non confutetur & gaudet. Ex morbo verò, quò tan-  
 dem extincta, per triennium ferè, cum ineffabili licet corporis dolore  
 laborare, æquè attamen ac patienter sustinuit. Interea temporis Ex-  
 perien-

*periclitissimorum Medicorum, ut putat DN. D. CASPARI Marcheri.*  
 & DN. D. JOHANNIS Bachmeisteri / *Professorum famigeratissimorum*  
*anxia cura non defuit, qui quantum in humana ope atq; consilio situm est, tantum certe desiderari non passi sunt. A 19. usque ad 20. diem prater lapsa Mensis Martii in morbum recidens, singulari flagravat cum DN. Marito, gravi negotiorum causa per egrè absente, colloquendi cupiditate, qui, literis per publicum tabellarium missis, demonstravit, vix ante 28. ejusdem mensis diem, domum se esse repetiturum. Verùm enim verò, quasi animus aliquid presagiret mali, reditum dies noctesq; maturans, 26to prateriti mensis, benè mane uxorem valde decumbentem, suasq; manus, veluti de reditu gratulabunda, exosculantem offendit: A meridie ferè circa horam atam mæstissimum Maritum valere iussit, liberos ei commendans: accersitum etiam Filium unicum serio monuit ad ingenuarum doctrinarum studia diligenter urgenda, & ut, si quid humanitùs (quod tamen omen faventia fata longissimè arceant.) Patri acciderit, suas commendatissimas sibi haberet sorores. Quo facto, & benedictione effusa super filium filiasq;, ad Deum ardentissimis precibus, presenti animo, conversa, tertio inde die, medio tempore matutine horæ quartæ & quintæ, placidissimo sopore expiravit, atq; ita cortinam clausit, transactam sibi mortalis vite fabulam testata, ætatis anno 51. mensè 6to, die secundo, hora 6ta. Morbū Nobilissimæ hujus Matronæ omnium equidem optimè & novit & descripsit, Vir Experimentissim⁹ & Excellentissimus DN. JOHANNES BACHMEISTERUS Med. Doct. & P. P. celeberr. collega & compater noster honoratissimus: Ex quo primum tempore Nobilissimæ Matronæ ELISABETHÆ CLATTIÆ corpus mihi innotuit, ejusq; cura à provido Dn. Marito meæ commissa fuit dexteritati ac industria, id ipsum planè Scorbuticum atq; Cachecticum reperi. Cum autem Scorbutus multoq; sit; varia scilicet morborum genera subdolè fingens: Itæ, etiam hic Intemperiem ventriculo, Epati, Lienè, Renibus, Vesicæ nec non Pulmonibus imprimebat; Imò latius serpendo vires suas quoquo versum in omne corpus diffundebat. Hinc per intervalla oriebantur Febres, tertianæ, continuæ, intermittentes, acutæ; Tussis, Respirandi difficultas, intumescencia Ventris, Appetitus prostratus, Urinæ suppressio, Calculus, & quod maximum, tam enormes Hamorrhagiæ,*

HT CH 178

ut cum sanguine vel ipsam animam jam exhalasse crederent adstan-  
 tes; Tam gravibus tamq̃ continuis animi deliquiis conjunctim erat hoc  
 profluvium. Quibus omnibus quamvis à me ut Ordinario Medico gene-  
 rosus obviam itum sit remediis: Tamen ante aliquot septimanas sponte  
 & confestim absq̃ evidenti causa Sanguinem iterum tam liquidum  
 quam grumosum mejendo effundebat, cum imi Ventris pectinis & peri-  
 nai dolore. Sanguinem autem vite nostræ thesaurum, natura dilectum  
 filium, commune corporis nostri pabulum, fomentum nativi caloris,  
 succumq̃ nobis valde amicam, imo eorum omnium, quæ in corpore no-  
 stro sunt, maximè nobis familiarem esse, Galenus lib. de vivor. anat. c.  
 1. lib. d. curat. per. V. S. c. 5. Comment. 5. Aphor. 64. & l. 6. d. loc. Affect.  
 c. 4. statuit. Hinc quoq̃ per insignia hæc atq̃ gravissima profluvia  
 atq̃ eruptiones vires tandem ita exhausta apparuerunt, ut vix spiri-  
 tum amplius ducere ipsi liberum esset. Obortis itaq̃ variis lespathymis  
 cum motibus convulsivos variarum corporis partium, tandem placidè  
 cum sanguine vitam deposuit, nobis divum exemplum, in sanguine  
 sc. Vitam consistere relinquens. Hæc sunt quæ de nobilissimæ pari-  
 ter & pietissimæ hujus matronæ, cui boni omnes longiora vitæ  
 spatia precabantur, origine laudatissimâ, moribus honestissimis,  
 & morte beatissimâ dicenda fuerunt; Hæc etiam sunt, quæ mœ-  
 stissimum ejus maritum vehementissimè excruciant, & liberis  
 solertissimâ matre orbatis calidissimas excutiunt lachrymas.  
 Adhibuit Nobilissimus DN. Maritus omnem maritalem curam,  
 adhibuerunt liberiluctu repletissimi omne pietatis officium,  
 adhibuit Experientissimus Medicus omnem solertiam, verum-  
 enim vero persenserunt, hominem vim ab alto trahentem se-  
 qui debere, & æquū esse ne homini displiceat, quæ Deo placent.  
 Uti autem Nos, de omnium in has exequias affectu, non dubitamus, ita  
 singulos eâ, quâ par est, humanitate rogamus, velint erga familiam  
 hanc laudatissimam affectum, erga pie defunctam hanc matronam  
 nobilissimam ultimum honorem, erga mœstissimum maritum, libe-  
 rosq̃ mœstissimos condolentiam ac benevolentiam in hac funeris dedu-  
 ctione contestari. Ite ergo, Clives Academici, exequias, ite queso, &  
 quam faventer cupiatis justissimè mœrentibus, honorata simul & fre-  
 quenti vestra præsentia ostendite.

P. P. Rost. sub sigill. Acad. 17. April. Anno 1667.













nus fuit, Nobilis DN. ANTONIUS Eithman/Pr  
in Electoratu Brandenburgico, fidelissimus ac dilige  
bia Paterna integris ac incontaminatis moribus, No  
DN. CATHARINA von Schoffen. Proavus M  
tigua virtutis ac fidei, DN. DANIEL Dehmbfe  
apud Lubizenses in Megapoli prudentissimus. Pr  
Foemina optimi exempli, CATHARINA Schri  
honestissimis ac omnino inculpatis Parentibus, piens  
sibus ac animo jam liceta, die 25. Septembr. circa a  
nam Anno 1615. zu Wischendorff/ ortum duxit: die  
proximi Mensis, Christianismo insignita, & tincta  
inserta, ejus haud postremum exitu membrum.  
virtutibus fulgere coepit, quibus sexus sequior mir  
vehementerq; ornari consuevit. Nam & ab ineun  
mâ fide atq; diligentia, à Parentibus per Praeceptor  
imbuta, ac educata, tum legere, tum scribere didi  
meticam sollicitè tractavit. Rei autem domestica  
claruit, ut, quibus fama ejus & vita notitia fuit, ve  
ri, talem eam fuisse Matrem familias, ut qua oppo  
manu, ita & omnia intra frugalitatis fines scite prob  
rit. Anno 1640 DN. D. FRIDERICO Clatten  
lenburgico, optimè merito, jam beatissima uxori u  
exhibenti, notaq; virtutis desiderium lacrymis &  
stanti, in nomine S. S. Trinitatis, usq; ad benedic  
sacerdotalem, desponsata, postea cum eodem, die  
1643. in Arce, qua est NeuenBucovv, clementissimo  
nuptiale sacrum auspiciato omine celebravit. Co  
nio, benedictio Divini Numinis non defuit, siquide  
concessu, diversi sexus liberos susceperunt. Prima  
RINA DOROTHEA, die 17. Maji anno 1644. te  
trovit vitam, jam verò Nobilissimo Sirenuo ac For  
ZACHARË Holsten / Regia Majest. Specia q  
tur, Generali Adjutanti, & in Claber Hareditar  
Januar. nupta est; quorum matrimonium Deus T  
hactenus fecit, felici successu secundet. Anno 164

206 3

